Nomen possessoris si tu cognoscere velis
In Gosler natus nicolaus est iste vocatus

1977
L
1058

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142897-p0001-8

Cb 120

Script. Rom. in Quarto
N. 41
II.2.b19

# Heus Lector Can
# dide huic opello inſunt

## HERMANNI BVSCHII PASIPHILI POETE FACVNDISSIMI EPIGRAMMA AD IVVENTVTEM QVOD NIHIL SINE LABORE AD SPLENDOREM PERVENIAT

Eiuſdē Epigrāma de Signis celeſtib: & quattuor temporibus anni

Eiuſdem Epigrāma de domibus planetarum

Eiuſdem Epigrāma quod in ducēda vxore magis pudicicia q̄ forma expetenda ſit

Eiuſdem Epigrāma de amoris ſimulachro

Eiuſdem Epigrāma quod vbiq; vir fortis patriā ſibi vendicet

Eiuſdem Epigrāma de diua Catharina virgine

Eiuſdem Epigrāmata & Eulogia de Marone Cicerone Plauto perſio aliiſq; authoribus

Euricii Cordi Epigrāma de laude florentiſſimę Academię Erphurdianę

Plura Inſuper reperies candide lector memoria digna pagellatim codicillum hunc legens

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142897-p0003-9

## EPIGRAMMA HERMANNI BVSCHII AD IVVENTVTEM QVOD NICHIL SINE LABORE AD SPLENDOREM PERVENIAT.

Induat vt ferrum lucem ſplendore ſuperbam
Cote rigens teritur expoliente calybs
Et rude rimatur vario ſub acumine lignum
Numinis vt vultus:aut ferat ora ducis
Vtq; bibant Tyrios:Sordencia vellera:rores
Eluitur crebris:lana ſubacta:vadis
Laminaq; ardentis coquitur generoſa metalli
Igne ſit vt radiis emula Phebe:tuis
Artificiq; diu gemme raduntur:& indi
Dentis ebur:precium:q̄ meruere ſuum
Sic eciam ingenii longo ſudore venitur
Ad cultum:& titulos:pallade dante:ſacros
Segnicie nulla eſt:niſi ſola infamia:merces
Virtus difficili:tendit ad aſtra:via
Vtile conſilium quare tibi trado iuuentus
Tempus ama:et celeres:caute lucrare:dies

## ALIVD IN QVORVNDAM ARROGANTES ET ELATOS MORES

Nunc hominum bona pars:aura ſuſſulta ſecūda
Se colit:& tumida cetera fronte notat

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142897-p0004-5

Seq; ita conſpicuos merituram ſperat: honores
Sed longo ingenio: fallitur: illa ſuo

¶De Hieme

Nuper Hamadriades ego laſciuire roſetis
Et vidi cultas flore ligare comas
Nunc dumeta roſis: nunc ſunt ſine floribus agri
Et triſtes abigunt Numina rure niues

¶Aliud

Gramia ver nutrit: Sed hyems caua flumia ſiſtit
Omnia vere tepent: nunc aquilone rigent

¶De ſignis celeſtib: & quattuor tēporib: anni

Inchoat Aethereum phrixæus portitor annum
Sidoniuſq; leuat poſt hūc ſua cornua Taurus
Verq; fugit tactis Phaetontis luce Gemellis
Exin littorei ſuccedunt brachia Cancri
Terribiliſq; feri vultus ſpecieſq; leonis
Virginis hinc iuſte cum ſidere vertitur eſtas
Quam mox equate ſubeunt examina librej
Scorpius hanc ſequitur cauda metuēdus adūca
Autūnumq; ſuo Chyron metitur in arcu
Egoceroſq; rigens hyemis noua frigora ſpargit
Aſpicit Hydrochous puer hūc Iouis alite raptus



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142897-p0005-1

Vltimus emenſi Piſces ſunt terminus anni

¶De Equinoctiis

Cum ſol ad libram: phryxeaq; vellera tranſit
Equantur methis: vmbra dieſq; ſuis

¶De tropicis

Precipitat noctem Cancer: minimamq; reducit
Extreme fuſam ſed Capricornus agit

¶De domibus Planetarum

Luna ſibi hoſpicium Cancri preſcribit aquoſi
Virgineum limen penniger Arcas habet
Tardipedis coniunx Trutinam Cytherea tuetur
Sol quoq; Nemei vendicat ora feri
Scorpius audacem vocat inter prelia martem
Lucida Centhauri Iupiter aſtra ſubit
Falciferumq; capit Saturnum corniger hircus
Sic quo ſe ſigno quiſq; recꝫ eptet habes

¶De ſuis temporibus Buſchius

Quod virtus noſtro querimur ſit rara ſub euo
Et fora ꝙ domitis legibus arma tenent
Ardua res non eſt: huius deprendere cauſam
Regnat vbiq; Cotys: fugit ab orbe Themis

¶In ducenda vxore magis pudiciciā

q̄ formam expetendam eſſe

Formoſam vt duces adeo cur ſtulte laboras
Cur pocius faciem: q̄ meliora probas
Vt non gēma placet: ſolo confiſa colore
Dote ſed occulta ſit precioſa magis
Sic non ſola viris commendat forma puellam
Corpore ſit Gnidie: par licet ipſa: dee
Eſt igitur morum racio: & delectus habendus
Ne vaga: ne petulans: ne ve proterua: ſiet
Aut quod aduc peius: ne non contenta ſit vno
Sed quacūq; nouo nubere nocte velit
Hec informoſa ſi ſunt metuenda maritis
Malo ineat Thalamos: Afra pudica: meos

¶ In quendā cui nomen Lepus

Cum ſis iniuſtus: durus truculentus: & audax
Nomen habes ergo dic precor vnde lepus
Si vis apta: tuis prebere vocabula factis
Sors vt amaſonio finxit acerba viro
Inter ſe facito primā lepus & luo mutent
Et cape ſeuicia: nomina digna: tua

¶ De Amoris Simulachro

Si memini: nudum vidimus eſſe deum
Nudus erat totus: nudi patuere lacerti
Sic reticenda ferus prodere cogit amor
Mouit & auratas radiis fulgentibus alas
Quod faciat cupidos: inſtabileſq; viros
Fronſq; ſuperciliis riſit ſine lumine blandis
Heu que ſe deceant cecus oberrat amans
Et tener adducto laſſabat brachia neruo
Vulnerat: & telo: ſauciat oſſa: ſuo
Et facibus ludens: flammas ſpargebat & ignem
Vrit: vt aceenſi viſcera macta: foci
Ergo conſiliis adoleſcens vtere noſtris
Et caue ne puero ſubiiciare deo

¶Voluptatē venereā nūq̄ carere penitēcia

Eſt roſa flos veneris: ſpinis riget ille propinquis
Purpura puncturis hec nequit abſq; legi

ΑΝΘΕΡΩΤΙΚΟΝ

Quiſquis inexpertꝰ veneris mala gaudia neſcis
Qui ſentis non dum quod ſit amare iugum
Si ſapis aligeri fugias fera iuſſa Tyranni
Felle madet ſi quod miſſile tinxit amor

¶Aliūd

Qui fuit ingrediẽs amor: & blandiſſimus error
Paulo poſt atrox incipit eſſe dolor
Hoc fore demonſtrat vox: ipſaq; littera ſignat
Vltima quę toruo fine canina ſonat

¶Emulacio Ouidiana

Non humana canũt diuini carmina vates
Inſidet ęthereus: pectora noſtra: deus

¶Alia

Quod canimus ſanctis ſuperũ deſcẽdit ab aſtris
Nil mortale ſacri vatis ab ore venit

¶Quod vbiq; vir fortis patriã ſibi vendicet

Emulacio Ouidiana

Quid refert ſeu quis Rhenum: ſeu petet Araxem
Eſt forti regio patria queq; viro

¶Alia

Quid gemis exilium: locus eſt & patria forti
Aſtra vbicumq; tue: dant alimenta: fuge

¶Alia

Omne ſolum forti tanquã natale putandum eſt
Piſcibus gnote ſic habitantur aque

¶Alia

Hanc patriam fruſtra laudas ignaue: vel illam

Fortibus eſt patrium mundus vbiq; ſolum

Sodatea

Ars eget:es regit:et populos ſors lubrica verſat
Cedite virtutes:rex ibi nunc:vbi res
Scit modo rem dare fraus:pietas mēdicat vbiq;
Prefertur ſi quid:hoc ſcelus:& dolus eſt

¶Fran Phil. Ad piū ſcd'm pon. max

Laus tua:non tua fraus:virtus:non copia rerum
Scandere te fecit:hoc decus eximium

¶Deum Omni Muſica laudandum

Tibia:pſalterium:cythare:chorꝰ:organa:plectrū
Seruiat īmenſo:muſica tota:deo

¶Aliud

Iubila cuncta deum:litui:lyra:tympana laudent
Inſtrepat & longis:fiſtula parua:tubis

¶Aliud

Si Chriſtum neſcis & vincis Ariona cantu
Debetur muſis:gloria nulla:tuis

¶Aliud

Quod moriturus olor canit:& blandiſſ: Syren
Integrat:ęthereo:geſtiat omne:deo

¶Benedictio Menſe

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142897-p0010-8

Que nunc ſūemus. membris alimenta caducis
Hec deus Imperio: ſint benedicta: tuo

¶ Graciarum actio

Quod ſumus vtilibus dapibus: potuq; refecti
Laus tibi pro donis: ſit deus alme: tuis

¶ Ceſaris & Iouis comparacio

Ceſaris eſt tellus: ſed ſub Ioue ſidera fulgent
Ille anios hominum temperat: iſte deum

¶ In Sophiſtas

Delaſſare tubas: veteres: atq; era: ſolebant
Carminibus: luna deficiente: ſacris
Ne noceat triuie magici vexacio Rhombi
Nunc prohibet logice: rixa canina: ſcole

¶ Diue Catharine virgini

Regia que coſto celebraris Nympha parente
Iſide niliaci: ſanctior vmbra: phari
Quam nūcq̄ triſtes potuerunt ceſaris ire
Frangere: nec vafri guttura blanda viri
Sepe deos dixit cole: munera digna refundam
Nulla tamen vanis: ſunt data thura: deis
Sepe ferus ſceptro vultuſq; horrore tonabat
Non profecturis ſed ſtrepit ille minis

Hanc te ſidereis gaudentem virgo triumphis
Quos nullus languor nullaq; triſtat hyems
Imploro: miſere tu curſus dirige vitę
Vt pateat ſummi. limen in aſtra: poli

## De Vergilio Marone

Gloria magna fuit: domito tibi ceſar in orbe
Cum terras regeres Oceanumq; patrem
Maior aduc ſummo debetur iure Maroni
Cuius de gelida morte triumphat honor

## In Ciceronis Officia

Qui cupis ad frugem: moreſq; venire probatos
Conſultum vitę, qui cupis eſſe: tue
Officia hec vigili Ciceronis pectore diſce
Cunctaq; diuini muneris inſtar habe

## In Comœdias Plautinas

Delicias: veneres: riſus: conuiuia: luſus
Quicquid & eſt itali: Cecropiiq; ſalis
Plautine memorāt: monſtrantq; exordine muſę
Verba pete hinc ſtudiis: ſenſiculoſq;: tuis

## In Perſium Satyrographum

Non ſp par eſt virtus & gracia: magnis
Corporibus: ſed plus ſepe minora valent

Vulture ſic auido: longe eſt precioſior Attis
Sic & ab ęoo Pſitacus orbe datus
Surculaq; aſſiria vicũt ſtillancia: gutta
Sic ornos ſteriles: populeaſq; trabes
Sic gemma in digitis fuluo geſtatur & auro
Spreta rigent craſſo: cũ tibi ſaxa: luto
Sic eciam in ſatyris: opera effuſiſſima: paucis
Percurrit ſolo: Perſius ipſe: libro

¶ In Baptiſtã Mantuanũ Poetã & Theologũ

Non adeo: Zephiros commendat nauta ſecũdos
Nec tam leta ceres: ruſtica cor da: mouet
Non adeo viua ſibi plaudit imagine pictor
Nec leuis egregio ſic tumet hoſtis equo
Nec tm̃ capitur venator cęde ferarum
Nec vulgus lucro mercurialę ſuo
Baptiſte q̃tum cultiſſima carmina vatis
Alliciunt anĩos: in ſua verba meos

¶ Anacarſis phi dictum de vino

Caucaſei: prudens Anacarſis: gloria cęli
Quem iungit ſacris littera priſca viris
Tres naſci docuit grauidis in vitibus vuas
(Hoc lector memori corde: vel ore tene)

Prima iuuat vires:riſuſq; ſecunda modeſtos
Tercia ſed potis vua furoris erit
¶In vſurarium
Audio laudari:noſtris in verſibus optas
Inq; meis aliquod nomē habere libris
Carmen ſi patitur:vocem vſurarius iſtam
Confide:optati tunc cito compos eris
Vincere Fuſidium te dicam:poſcere quinas
Vſuras ſolitum:non moriere puto
¶In Roſtium
Si ludum neſcis fortunę pauca monentem
Accipe:non fidam diſce timere deam
Erigit indignos humileſq; attollit in altum
Scilicet vt cece turbet ab orbe rote
Scimus ab ignotis multos ad ſumma leuatos
Et ſtyga precipiti:mox ſubiiſſe gradu
Tu quoq; dū nigris ſalibus me aſpergere gaudes
Quid ſerus metuas:veſper amice vehat
¶Trachila pictus
En ego ſanguineo clarus ſum trachila bello
De quo iudicium non facit omnis idem
Me vocat hic iuſtum:ſeuum vocat ille tyrannū

Ridebo cunctis ſi potes eſſe bonus

¶In Miſenum

Ebrius:inplacidus:rudis:inconſultus:& aſper
Sordidus:effrenis:litigioſus:atrox
Ridiculus:mendax:vilis:temerarius:audax
Agreſtis:petulans:vaniloquens:&iners
Toruus:moroſus:varius:iactator:ineptus
Futilis:inflatus bile:furore tumens
Triſtis:inhumanus:preceps:immitis:acerbus
Subdolus:& mordax:plus nimioq; procax
Improbus:inuiſus:conturbatorq; malignus
Diſſimilis docto:diſſimiliſq; bono
Delirus:nugax:opicus:ſycophanta: proteruus
Tetricus:& rigens(vt canis)ore ſenex
His viciis:veluti turmis inſtructus & armis
Me petit:& predam:me putat eſſe:ſuam
Sed tu ſi paulum ſpectes modo:candide lector
Occumbet furiis:Ardelio iſte:ſuis

¶Diuiciis honoreq; faſtū oriri

Nummatos humiles:& miti pectore paucos
Vidimus:immodico creſcit honore tumor

¶Aliena non eſſe curanda



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142897-p0015-6

Miſſis qui propriis:aliena negocia curat
Hic homo vel ſtultus:vel miſer eſſe ſolet

¶Preter virtutem omnia eſſe caduca

Non ego diuicias regum:non Atria miror
Que ſors arbitrio:verſat agitq;:ſuo
Sola mihi e cunctis rebus miranda videntur
Doctrina:& virtus:cetera fluxa puto

¶De Rodolpho Agricola

Que dedit Agricole cognomē cauſa Rodolpho,
An ſecuit duro p ingue bidente ſolum?
Non ideo ꝙ ſit terram molitus aratro
Ruſticus:& iuncto verterit arua boue
Dixeris agricolam:ſed ꝙ Tritonia Pallas
Hunc agri curam iuſſit habere ſui
Strennuus hic multa vixit cum laude colonus
Frugifire nunꝗ̄ vulnera fecit Opi

¶Illuſtriſſimi Inuictiſſimiq; Principis
Alberti Saxonie Ducis Epithaphiū

Hic iacet Albertus:tuus o Saxonia dux:qui
Summus bellorum:pacis & auctor erat
Quem nec iuſticia reges vicere:nec armis
Saxa premunt corpus:nulla ſed vrna decus

## ¶EVRICIVS CORDVS PRO LAVDE SVRGENTIS GYMNASII ERFFORDIANI HOC EPIGRAMMA SVBIECIT

Ardua Gericolę conſurgunt tecta Mineruę
Cūq; nouo autiquus marmore creſcit honor
Nobile Mauſoli quanta vix mole ſepulchrum
Dicitur artifices detinuiſſe manus
Non mirum plures vbi ſint Amphiones:& qui
Threicię feriant dulcia plectra chelis
Frigida quos dudum cantantes ſaxa ſequuntur
Et quibus hoc lignis perficiatur opus
Scilicet Aonides huc conceſſere puellę
Et poſuit ſedem preſes Apollo ſuam
Non magis occultos hic rideat eſſe poetas
Notus in hoc nimium tempore calliphanes
Huc propera ſitiens muſarum ſacra Iuuētus
Larga bibes plęnis pocula crede labris
Non minor hic Sophia diuinę eſt cura Poeſis
Aduena cū tetrico muſa Platone viget
Denſa reciduntur tacitis vepreta diebus
Tecta quibus biiugi ſemita montis erat

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142897-p0017-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142897-p0018-3

[illegible] alteratum cū uir
[illegible] ī medium pducti
[illegible] cepere · q̄ p̄ma
[illegible] labore coacti sūt ·
[illegible] ℟ [illegible]
[illegible] clusam [illegible]
blando confortat alloquio
[illegible] xpi [illegible]
[illegible] ℣.
Ducit uirgo de custo
dia cū magistra pug
na · q̄ signo crucis [illegible]
[illegible] ab angelo [illegible]
visitata · et de uictori
a cū p̄mo · et princi
pe [illegible]
[illegible]

[illegible] ius · et ydola respuentes · [illegible]
[illegible] fecit cremari · xiiii
de octobris ℟ [illegible]
[illegible] uirgo [illegible] ne timeas [illegible]
[illegible] ℣ Confortans
[illegible] splendore puella

Audies regi [illegible]
na [illegible]
[illegible]
bat ignorante uiro ad ipsam
si posset accedere : [illegible]
posset porphirio duci sibi fi
deli et familiari consilium [illegible]
[illegible] in medio [illegible]
bat [illegible]
nā auream imponere [illegible]
xpo dicebat in missa · ℟
O [illegible] felices [illegible]
[illegible]
℣ [illegible] duce porphirio sic [illegible]

[illegible] sponsam pie visitat consolatur et roborat
[illegible] ait filia [illegible] ego sum [illegible]
[illegible] ℟ Caput [illegible] venerabile
templum [illegible]
℣ [illegible]
℟ O [illegible]
[illegible] suscipe nota
℣ [illegible]
[illegible] ℟ Regnum mundi · Laud
Passionē gloriose virginis katherine
plebs celebret [illegible]
memorans [illegible]
[illegible] ℣ Post [illegible]
alma [illegible] ad celum
[illegible]
[illegible]
thu rex bone [illegible]
[illegible]
[illegible] ℣ Nos de celo [illegible]

[illegible] rex celestis [illegible]
katherine virgo [illegible]
[illegible]
[illegible] ℣ [illegible]
[illegible]
[illegible] luce spectabilis [illegible]
[illegible] et iherusalem [illegible]
[illegible] filio ℣ [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] supplicibus · Oratio
Deus qui nos [illegible]
in [illegible] tuorum
[illegible] crisanti · [illegible]
et darie · [illegible]
perfrui [illegible] nos [illegible]
[illegible] Cap.
Benedictio dni [illegible]

[illegible] ſpeci oīs carnis
[illegible] apli gaudentes [illegible]
[illegible] qui dignu dñm [illegible]
[illegible] ihu xpi [illegible]

[V]os nos De aplis [illegible]
[illegible] me elegiſtis ſ[ed] ego
[illegible] uos · et poſui uos ut
[illegible] fructū afferatis et
[illegible] maneat · alind
[illegible]
[illegible] uoluit [illegible]
nobis [illegible]

Coll.
[C]oncede [illegible]
[illegible]

Dñi nos de opt[illegible]
[illegible] apli [illegible]
[illegible]
[illegible]

Si quis ad [illegible]
dignitatē · ut [illegible]
[illegible]
[illegible]

In alexandria erat [illegible] puella que dā noīe Kate
rina · cost[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Hec i[n] p[ri]mo [illegible]
[illegible]
[illegible]

Cu[m]q[ue] [illegible]
[illegible] religione
ipā [illegible]
it ei puella [illegible]
[illegible] coſti [illegible]
[illegible] ancilla [illegible]
[illegible]

V[illegible]

# Heus Lector Can dide huic opello inſunt

HERMANNI BVSCHII PASIPHILI POETE FACVNDISSIMI EPIGRAMMA AD IVVENTVTEM QVOD NIHIL SINE LABORE AD SPLEN-DOREM PERVENIAT

Eiuſdē Epigrāma de Signis celeſtib:& quattuor temporibus anni

Eiuſdem Epigrāma de domibus planetarum

Eiuſdem Epigrāma quod in ducēda vxore ma-gis pudicicia q̄ forma expetenda ſit

Eiuſdem Epigrāma de amoris ſimulachro

Eiuſdem Epigrāma quod vbiq; vir fortis patriā ſibi vendicet

Eiuſdem Epigrāma de diua Catharina virgine

Eiuſdem Epigrāmata & Eulogia de Marone Cicerone Plauto perſio aliiſq; authoribus

Euricii Cordi Epigrāma de laude florentiſſimę Academię Erphurdianę

Plura Inſuper reperies candide lector memoria digna pagellatim codicillum hunc legens

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142897-p0021-9